UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis martyribus Justo [et] Pastore. Cap[itulum]. xxxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

theſauros ſuos quos ſibi tradiderat iam expēdiſſet. Tunc milites audiētes de theſauris laurentiū tenuerūt. Sixtū vͦo cū feliciſſimo ⁊ agapito ibidē decollauerūt. Chriſtiani autem cum iuſtino preſbytero corpus ſixti raptum ſepelierūt in cimiterio calixti via apia. Feliciſſimi vͦo ⁊ agapiti poſuerūt in cimiterio pretextati. viij. idus auguſti. Referunt etiā paſſi cū btō ſixto iiij. alij diacones videlicz ianuarius: magnus: vincētius: ⁊ ſtephanus: ⁊ ſeuerus preſbyter: et claudius ſubdiaconus: ⁊ creſcentius lector: et romanus oſtiarius. ¶ Hic fecit ordinationes duas per mēſem decembris: preſbyteros quattuor: diacones ſeptem: epiſcopos vͦo duos. Et ceſſauit epiſcopatus dies viginti.

¶ De ſancto Sixto papa tertio. Cap. xxxi.

SIxtus papa huius noīs tertius natiōe romanus ex pr̄e priſco celeſtino pͥmo pape in epiſcopatu romano ſucceſſit: seditq; annos. viij. ⁊ dies. ix. Hic de regione celij montis: cōſtituit vt nullus clericus in pecia alteriꝰ ordinari preſumat. Hic cōgregata ſynodo ꝓ crimine ſibi illato corā quīquagintaſeptē epiſcopis ſe purgauit. Et cōdemnatur baſſus: qui hoc ei apud auguſtū crimen intulerat: ita tamē vt vltimo die eius viaticum ipſi non negaretur ꝓpter humanitatē pietatis eccleſie: qui baſſus cū defunctus eſſet: corpus eius ſixtus epiſcopꝰ manibus ꝓprijs ſepeliuit. Hic edificauit eccl'iam ſancte dei genitricis marie: que dr̄ ad preſepe: ⁊ hodie maior vocat̄ in monte ſuperagio iuxta macellum libye. Hic ⁊ in diſtribuēdas pauperibus elemoſynas ſtuduit: ⁊ multas auro ⁊ argēto baſilicas decorauit: plenuſq; ſanctitate feliciter in chriſto quieuit: ⁊ ſepultus eſt invia tyburtina in crypta iuxta corpus beati laurentij: et ceſſauit epiſcopatus dies. xxij. Hic occidentalium epiſcoporū ſententias neſtorij damnantes errorem: orientalibus ſcripſit epiſcopis: inſigni volumine contentas.

¶ De ſanctis martyribus Iuſto ⁊ Paſtore. Cap. xxxij.

IUſtus ⁊ paſtor martyres apud vrbem complutum hiſpanie ꝓuincie ſub datiano pſide paſſi ſūt. Hi germani fratres chriſtianis parētibus orti ⁊ ipſi chriſtiani: cum adhuc pueri litteris imbuerent̄: ad paſſionem animati: proiectis in ſchola tabulis ſponte ad martyriū cucurrerūt: idola ſpernentes: qui a datiano preſide tenti nec auditi: cūq; dubitaret ne ipſorū vtpote infantiū exēplo alij ꝓuectiores ad martyriū incitarent̄: verberibus diris afflicti ſunt. Cū aūt preſidi relatū eſſet: ꝙ ſe mutuis exhortationibꝰ cōſtantius roborarent: eos extra ciuitatem adductos gladio cedi iuſſit: quorum animas etiā ipſi gentiles ab ipſo chriſto concinētibus angelis ad celum deferri viderūt: corpora vͦo a chriſtianis in eo quo paſſi fuerant loco tumulata ſunt multis clarentia ſignis: vbi ⁊ baſilica deſuper edificata eſt: paſſi ſunt autem. viij. idus auguſti.

¶ De ſctō Donato epō ⁊ martyre. Cap. xxxiij.

DOnatus epiſcopus ⁊ martyr apud aretiū ciuitatem tuſcie paſſus eſt tēpore iuliani imperatoris. Hic cum iuliano imperatore predicto nutritus ⁊ eruditus: atq; cū eodē clericus effectus eſt a ſancto pygmenio pſbytero in vrbe roma: qui iulianꝰ ad ſubdiaconatus ordinē aſcendit: ipſe vͦo donatus lectoris officiū ſuſcepit. Sed cū iulianꝰ apoſtataſſet: ⁊ in imperium ſublimatus eſſet patrē ⁊ mr̄em donati occidit. Donatus vͦo fugā aretiū petijt: ⁊ cū hilariano monacho habitauit: cū quo ⁊ multis claruit ſignis. ¶ Cū eni mulier quedā noīe ſyrana gētilis ⁊ ceca ad eos veniſſet: petēs in xp̄i virtute illuminari ab eiſdē: pͥmo mētis cecitate ſanata vna cum filio ſuo oīa idola cōbuſſit: ⁊ ad ſatyrū epm aretinū adducta ab eodē cū filio baptizata ē: et cū ſacro chriſmate liniret̄: oculorū mox lumē recepit. ¶ Deide donatꝰ cū hilariano āpronianī pfecti ciuitatis filiū demoniacū aſteriū noīe ad ſe adductū ab immūdo ſpū liberauit: clamāte demone ꝙ donatꝰ ipm de domo ſua coartaret exire. ¶ Uir quidā euſtaſius noīe exactor fiſci in tuſcia publicā pecuniā euphroſine cōiugi ī cuſtodia dereliquit: ⁊ abijt. Que timore hoſtiū ſuperuenientiū pecuniā abſcōdit: ⁊ repētina morte pūcta ſepulta eſt. Cūq; vir eiꝰ rediēs ꝓ exactōe theſauri cū filijs ad ſuppliciū traheret̄: ad donatū cōfugit: qui vna cū ad ſepulchrū vxoris perrexit: ⁊ orōne fuſa euphroſinā de tumulo ex noīe vocauit: ⁊ vbi eēt pecunia īterrogauit. Que rn̄dit ꝙ in ingreſſu domꝰ ſuffoſſa iacebat: quā ibidē reptā euſtaſius liberatꝰ eſt. ¶ Poſt hec donatꝰ a ſatyro epō in preſbyterum ordinat̄: eoq; defuncto ab omni populo in epm eligit̄. ¶ Cūq; die quadā celebrans populū cōicaret: et diaconus antimus ſanguinē xp̄i in calice vitreo populo ꝓpinaret: ſubito paganorū impulſu cecidit: et calicē fregit. Cūq; ex hoc oēs triſtarent̄: donatus fragmētis calicis collectis orōne fuſa ipm in formā priſtinā reſtaurauit: vna aūt particula a diabolo abſcōſa defecit: que tn̄ ad teſtimoniū miraculi ꝓfecit. Quo ſigno viſo lxxix. gentiliū ad chriſtū cōuerſi ſunt. ¶ Poſt dies aūt. xxviij. quadracianus auguſtalis preſes tenuit beatos

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN